



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CLVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

ita Roma. sing. 499. Alex. conf. 17. nu. 6. uol. 3. & Deci. in c. intelleximus nu. 80. de iudit. & in d. c. dilecti filij, nu. 3. not. de except.

- 2 Fallit etiam quando per summum pontificem perurus adeptus fuisset absolutionem a iuramento & perurio: Ita tenet Feder. conf. 300. factum tale est, Afflic. deci. 220. in causa. nu. 19. Rota deci. 297. licet. in nou. cum aliis ibi.
- 3 Fallit insuper quando periurus fecit instrumentum cum creditore, & in eo interuenit iuramentum, petitaque fuit nullitas instrumenti per actorem coram iudice layco, seu seculari, eaque pendente subsequuta fuit ratificatio primæ obligationis; utiq; ratificatio tollit allegationem nullitatis ut probatur in l. fi. C. ad Maced. & l. licet. ff. de iudit. Ita tenet Afflic. deci. 220. nu. 19. uersi. quinta & ultima, q̄ nota, quia hæc dabunt tibi emolumentum in tempore opportuno. Ad Dei omp. laud.

R E G U L A C L V I I I .

- 1 Perfecto † & expedito contractu uini uenditi, regulariter spectat periculum ad emptorem uini. Ita Bal. Salic. & Castr. in l. i. C. de per. & commod. rei uendit. etiam si res nondum est tradita. Ita Afflic. deci. 399. nu. 8. Alex. & Deci. in l. uinum. ff. si cert. petat.
- 1 Amplia. ut prædicta regula locum habet etiam si uinum esset permutatum, quia permutatio locum uenditionis obtinet. ut l. si. ff. de rerum permut. Afflic. deci. 336. nu. 3. & deci. 309. nu. 2. & l. si. ff. quib. ex causis in poss. ea. & Deci. in conf. 586. nu. 8. uersi. ubi tex.
- 1 Fallit quando uenditor expresse accepit omne periculum in se ut l. i. ff. de peric. & com. rei uend. quia contractus ex forma conventionis. l. accipit. Afflic. deci. 293. nu. 1. & l. contractus. ff. de reg. iur. & appellatione periculi non uenit casus fortuitus Rom. sing. 442.
- 2 Fallit etiam quando per uenditorem sterit, quominus emptor

emptor uinum degustaret. ut l. si quis uina. ff. de per. & commodo. Affl. 399. decis. nu. 10. quia uini degustatio trāfert periculum in emptorem.

- 3 Fallit quoque cum uenditor assicurauit bonitatem uini uenditi. ut l. si uina quæ in doliis. ff. eo. tit. nam per assicurationem assumit uenditor in se periculum rei uenditi.
- 4 Fallit similiter quando uenditor sciebat conditionem & bonitatem uini, nullatenus duraturam. ut l. uina. §. plane. ff. eo. tit. & glo. 2. l. i. ff. de peric. & commod. rei. & ibi Bal. qui notat unam not. distinct. quam nota.

REGULA CLIX.

1 Prescriptio sine possessione ciuili & naturali non currit. Abb. & Feli. in c. causam nu. 13. de prescript. Bar. in l. ij. §. ex contrario in princ. ff. de acqui. possess. & l. naturaliter. ff. de usucap. Abb. in c. illud, & Antonius de But. in c. cum non liceat ult. col. de prescrip.

1 Amplia. ut contra absentem causa reipublice currat prescriptio. ut Abb. in c. ex transmissa col. 3. uersi. octauus. & ibi Feli. in uersi. prædicto de prescript. sed eidem datur restitutio in integrum aduersus lapsum temporis & hoc ex illa clausula si qua mihi iuxta causa uidebitur.

1 Fallit in actionibus personalibus & iuribus incorporalibus. Ita Bar. in l. si. ff. de eo per quem fact. erit. & l. si. C. de edict. d. Adria. Tollend. Deci. in l. petens. ij. col. in 1. glo. nu. 6. C. de pact.

1 Prescriptione omne ius tollitur & extinguatur spatio annorum 30. l. omnes & l. sicut. C. de prescript. 30. uel 40. ann. Cyn. in l. si certis annis. C. locat. cano. in c. peruenit de censibus. Dyn. & Anch. in c. sine possessione de reg. iu. in 6. cano. in c. fin. de prescript.

1 Contra pupillum furiosum & prodigum prescriptio nõ currit. glo. & doct. in c. cum non liceat. & ibi Feli. nu. 9.

M 2 de